



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

De transubstantiatione.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

mini, & qui tam ex mortuis resurrexit, nō amplius moriturus, inter se copulatur: Diuinitatem porrò propter admirabilem illam eius cū corpore, & animo hypostaticam vnionē. Quapropter verissimum est, b tātumdē sub alterutra specie, atque sub vtraq; contineri: totus enim, & integer Christus, sub panis specie, & sub quavis ipsius speciei parte, totus item sub vini specie, & sub eius partibus existit.

## De Transubstantiatione

## CAPVT IV.

**Q**uoniam autem Christus redēptor noster corpus suum id, c quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideo persuasam semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis & vini conuersionem fieri totius substantiæ d panis in substantiam corporis Christi, Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis eius, quæ conuersio conuenienter, & propriè à sancta Catholica ecclesia transubstantiatio est appellata.

De cultu, & veneratione, huic sanctissimo Sacramento exhibenda.

## CAPVT V.

**N**ullus itaque dubitandi locus relinquitur, c quin omnes Christi fideles pro more in Catholica Ecclesia semper recepto patriæ

E 3

cultum

a Rom. 5.  
c. semel  
Christus.  
c. iteratur  
c. singuli.  
& c. qui  
manducant.  
de  
cōf. dist. 2.  
infr. cā. 3.  
b Sess. 1.  
c. 3. vide  
hom. de  
pascha.  
inter eas  
quæ Euse.  
Emiffeno  
ascribū-  
tur, & de  
conf. dist.  
1. vbi par.  
est, & c.  
c Luc. 22.  
Ioan. 6.  
2. Cor. 11.  
d c panis  
de conf.  
dist. 2. c.  
cū Matr.  
de celeb.  
can. 2. in  
2. Latera.  
Concil.  
e infra  
can. 6.